



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nic. Clenardi Epistolarvm Libri Dvo

Clénard, Nicolas

Antwerpen, 1566

Nicolavs Clenardvs Literato Viro D. Ioanni Vasaeo Amico Primario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70781](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70781)

sententia: spero enim fore & tibi Salmanticae hospitem
amicissimum, & laudem quoque apud nostrates, quod
egregium patronum ducem profectiois habuerimus.
Da tu interim diligenter operam literis Latinis: con-
5 cepimus de te quoq, hic meliorem spem, quam sit haec
mea, certè nō inferiorem. Tantum cura ut quia dicis te
omnia frustra tentasse, ne fidem rupisse videaris. Fata
viam inuenient. Si forsitan casu tabellarius quispiam
Hispalim isthinc abiret, monebis Hammonium ut rerū
10 mearum curam gerat, ut si quid reliquum à blattis sit et
fordibus, id iam seruetur. Animo fac praesenti perdu-
res, acerba fuit *ἐπιμαρτυρία* mihi fabulae, non minus quam
tibi: *χαρὴς ἐσθλῆ* animo cerno longè optimam, etiā quae
vota nostra superet. Bene vale, mi Vasaee, XXIII. Fe-
15 bruarij, Salmanticae.

NICOLAUS CLENARDVS LITERATO
VIRO D. IOANNI VASAEO AMI-
CO PRIMARIO.

20 **S**ALVE chariss. Vasaee. Acceptis iam tandem libris,
Shodie Graecam professionē sum auspicatus, audito-
rio tam frequenti, ut locus deesset: cum tamē è regione
hora eadē quidam oppositionis, ut vocant, lectionē le-
geret. Cras iudicare licebit de euētū. Nam aderāt mul-
25 ti laudes Graecae linguae audituri, ut putabant: ad quos
eandē habui orationē, quam ab hinc bienniū Louanij,
nostri morem meū. Cur tu ex Arabico studio in Graecam
professionem? Tutius mihi visum est frequentiam antē
emereri, quam pauculus iudicibus & testibus Arabica-
30 ri: & tamen eodē quo cœpi spectant consilia mea. Per-
tentabo his diebus hominū sententiam, deinde ubi vi-
sum fuerit, virtute propria potius nitar, quam ambiti-
onibus & fauoribus. Teneo domi iam rationem, qua
possimus etiam hic longè à patria beati viuere. Obdu-
35 ra, iam eandem spem de te concepi. Perge modò studia
tua moderari, ut nuper te hortabar. Spero aliquādo res
ipsa clamabit, nec te nec me frustra venisse in Hispaniā.
Valde

Valdè mihi doluit quòd proxima epistola angi visus es; quasi non essem fidei memor. Scripsi iam ad D. Fernandum, vt sine fraude tua fieret, si forsitan hoc bimestri non mitterem pecuniam. quòd si noller, me omnino proximo tabellario ante finem Iunij missurum; & id faciam, vbi sciuerò ex ipso, quòd eam mitti velit, Hispali an Madril. Faceres mihi rem gratam, si transmitteres exemplar obligationis & fideiussionis, quam nomine meo fecisti. Si forsitan D. Fernandus non sit Hispali, facito vt sciam quomodo hìc nobis agendum sit. Si putas nihil tibi decedere, etiam si ante Iulium non soluiam, miror cur ingemiscas: & omnino miror quomodo te irretiuersis meo nomine, cum orarem vt nomine l. ducatorum fide iuberis. Proinde facito vt obligationis siue fideiussionis exemplar quamprimum videā. Deinde vt hæ literæ, quas mitto, reddantur D. Fernando, si forsitan non esset Hispali. Vine, te quæso, securus, magno tuo bono dices me olim disunctum fuisse. Noli verò committere vt læsa gratia videaris ad nos cōfugere. Iam vltra medium pelagus emensus, quotidie diem refecas. Vbi exacto triennio Salmanticam veneris, amicum inuenies quouis loco paratum. Molimur hìc non parua: quæ si Deo fortunante procedant, eris & tu aliquo loco Salmanticæ. Iam finem facio, ne præter consuetudinem meam verbis loquar, quod re ipsa magis præstare velim. D. Marcus valet nobiscum *πᾶν ἡμῶν ἐνικῶς*, ad te scribit & ad Hammonium. Rogo diligenter de omnibus nobis per hunc agasone[m] rescribatis. Bene vale, mi Vasaë, & me mutuò dilige. Salmanticæ III. Cal. Maias.

NICOLAUS CLENARDVS LITERATO
VIRO D. IOANNI VASAE O AMI-
CO NON VVLGARI.

SALVE, mi Vasaë. Literæ tua mihi semper quidem fuerunt gratissimæ, nunquam tamen tam commodè venit